...ias

Politowicz Laurentii Joan: Cimelia perennaturae virtutis et sapientiae.

D
P
Sac

Ecc
Aln

SA
In

M.

An

Ex

CIMELIA
Perennaturæ Virtutis
&
SAPIENTIÆ
Amplissimis Meritis, ad summum Theologici honoris Culmen
Et in
Perillustri Clarissimo & Admodum Reuerendo Domino
D. M. MATTHIA PSOIECKI
Sacræ THEOLOGIÆ & VTRIVSQVE IVRIS DOCTORE PROTONOTARIO APOSTOLICO.
Ecclesiæ Collegiatæ S. FLORIANI Canonico Parocho in Osiek, Almæ Vniuersitatis Cracouiensis Procuratore, Contubernij Iagelloniani Prouisore. &c.
EVECTA
Et dum idem Perillustris
In Alma Vniuersitate Cracouiensi
Pro LOCO.
Inter Perillustres & Admodum Reuerendos Dominos
SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORES
In Florentissimo Nobilissimorum Hospitum conspectu ritu solenni responderet.
A
M. LAVRENTIO IOANNE POLITOWICZ
Philosophiæ Doctore & Professore
In Vim Gratulabundi pectoris & officiosissimi cultûs
DEMONSTRATA.
Anno quo infantis Verbi pretiosissima Cimelia Cunæ Bethleemiticæ adorarûnt 1691. die 6. Septembris.

CRACOVIÆ.
Ex Officina Francisci Cezary S. R. M. Illustr. ac Rnd. Dñi Episcopi Crac. Ducis Seueriæ Necnon Schol. Nouoduor: Typogr.

CIMELIA,

Perennaturæ Virtutis & sapientiæ.

FRustra magna in Scenam euocat, rebusque Nomina ponit.
qui ima Sumis, illustria obscuris, dare meditatur.
Solius hoc Virtutis opus est.
Nummam Pompilium agit, dum etiam in paruo
concentratæ probitatis vnionum.
encyclopædiam seruat.
in magnum aliquid exituram.
Quærit namq; Virtutis eximium decus, augusta per angusta.
non eget adscititia nitere luce.
Quippè
Virtus ipsa sibi pretium est.
Ipse Pactolus & Ganges non tam ferax.
Alciadis Obelisci, Cleopatræ Regni pretia præferentes vniones,
Regnorum Cimelia, amoto illius lumine, pallent.
Princeps siderum Cynthia Varijs secundum cursus celeritatem
dominatur rebus, lucem tamen æqualē dare impotens.
Hæc omnibus omnia.
Ita est
Vbique Virtutis erigendum est theatrum
Diuinū hoc Virtutis Oraculū, Veriùs dicam miraculū
Sapientiæ decus, animorum ornamentum est.
Cuius ascensus est honoris Census.
Cum
Virtutis Vberrimum alimentùm est honos.
& quò magis lubrico acsi lydio lapide probari cogitur fortunæ lusu;
eò nullo atteritur Vsu.
Siquidem
In turbido Solidam Virtutem adipisci, maior gloria quā
in tranquillo.

Euocat

Euocat posthumæ gloriæ Nomina
ne casu grauiori ruant
ad magnarum rerum fastigia, sine fastidio.
Arcet sardanapalos, amat Catones
odio habet Heliogabalos, fouet Tullios.
quibus altiora gloriæ, ingredi adyta, æquius Druso
concedit.
Hæreditarium hoc Coronata Virtus habet,
omnia in suum trahere Colorem
Hæc est gloriæ gemma, honoris perenne decus ac
præsidium
Huius armis Iason peritissimus, Colchicum superauit
æquor.
Ipseq; Hypomenes in Atalantæ decursu, aureas mes-
suit Coronas.
Nobilem hanc Regnorũ Animam, totus complectitur
Orbis.
Quam in Te mirari, an Venerari hodie accurrimus.

Perillustris Clarissime & Admodum Reuerende Domine.

Sacræ Theologiæ Doctor
&
Professor Dignissime.

Cimelia Virtutis ita conseruas, vt Tibi impar elogio-
rum Calamus assurgit inapplausus.
Excelsas Virtutum; meritorum, & sapientiæ dotes, non
audet metiri, sed mirari.
Vix primos Vidisti soles, iam Velut Phæbus in ortu.
Et imprimis ex ipso Nomine MATTHIÆ auctora-
menta Virtutum sumis
quem in baptismo Patronus Fasciâ suâ obumbrauit;
ne Virtutis Tuæ ingruens præscinderet malum,
sed vt facilius inaccessos honoris tangeres apices.
In prima Iuuenta nihil iuuenile præter annos habuisti
Immaturam in herba Iuuentutem, in rediuiuos Plato-
nes efformaueras?

adeo

adeò, vt quò altius ire per medios ſcopulos contederas,
eò Tua excelſa Virtutum & ſapientiæ Cimelia
Celſiora in Te efformaueras.
Ex ephebis ætate, Vix egreſſus & iam Phæbo digna
meruiſti
Primum pietatis gratum thymiama Deo cũ dedicaſſes
pietati addictus, Magnus prodidiſti.
Magiſtro præeunte vt alter Manilius.
Pueritiæ ſtipendia in fonte ſcientiarum vt diſceres,
ad fontem illius recurriſti
Tandem.
Apollini Muſiſq; Vnicum delitium factus.
Totam adoleſcentiæ partem, paccaciori literaturæ Tuæ
dediſti.
Mox
Per plures Colchides aurea ſcientiarum quæris Vellera
armis Palladianis munitus, monſtroſam ruditatis Gorgonem
elidiſti.
Auguſtis paſſibus maturaſti gradũ ad Regnũ Sapientiæ
Nihil Tibi in Via fuit inuium
Inquo
Cum Veram ſapientiæ effigiem, eruditique pectoris
gemmam efformaſſes
triumphales peperit tibi laureas.
Ergo
Laurus Doctoreles Capeſſe.
Sed
Laurus humi Serpere neſcia.
Inaltos gloriæ excreuit Coloſſos.
& omnium in Tui admirationem traxit ſpiritus
Intonuiſti Nouus Cleantes in publica ſtoæ porticu
Stagyritæ pluſquam Gorgios emenſus nodos.
Ærumnali labori Herculeum pectus ex ponens.

Nun-

Nunquam otio ſtuduiſti, vt Monile fieres.
Lucio Craſſo, Columnas Hymettias, pro aureo ſuæ ſuadæ eloquio, extruxit docta Vetuſtas.
O quot tibi debentur Columnæ.
Perillustris & Admodum Reuerende Domine.
Doctor Digniſſime.
quì toties Eloquentiſſimos Cyneas, ſuaui Atticâ Tuâ & lepido ſuſurro ſuperaueras.
Pulchra ſplendidiſſimæ gloriæ Tuæ Pharos omnibus lumina fudit
Nunquam magis nota quam cum latuit.
Verùm
Magnitudinem Nominis Tui Niloticus Calamus non attinget
imò nec tanget quidem.
Mirari potius debuerant Tuæ ſapientiæ & excelſæ Virtutis Maieſtatem
Doctarum mentium Cathedræ, Tuos humeros, tantis laboribus ſuffeciſſe.
Mox
Palladis Hector futurus.
Probatæ Virtutis inditia, nõ aliò transfers, niſi in Muſas.
Ideò
Illuſtriſſimus Dominus in Załuskie ZAŁVSKI
Palatinus Rauenſis.
& tota
Illuſtriſſima Domus ZAŁVSCIANA.
Optima Tuæ Virtutis Cimelia, in pectore repoſuit
Quando Te
ad inclytæ Domus ſuæ Decora Vocauit.
Debuerant enim tanta Nomina, ſub Tuo regimine ſcientiarum Hypocrenem hauſiſſe.

Quæ
Patriæ & Ecclesiæ
in magna lumina & sarmaticos Alcidas excrescerent
Et tandem
Ab excelsis ad sublimiora euocauit
Vberrimam gloriæ reportaturum messem.
Nempè
Merita supra famam, Virtus supra gloriam est.
sed cum tot gratijs Coronatus incedis, adhuc Virtutum
Tuarum Cimelia
In
Illustrissima Domo DONHOFFIANA.
Clariores virtutes effecere.
Quando consumatæ Sapientiæ Tuæ arcana, Veluti
è tripode Delphico
futuris Patriæ Nestoribus, digno eloquij ore rosas
cum loquereris
Primam ætatem spiritu sapientiæ animatam
dignos Aquilæ Polonæ Pompilios
iustitiâ & pietate insignes reddidisti
Proinde
Illustrissimus Alexander DONHOFF
Abbas Androuiensis.
Vnicè Tuæ virtutis Monile altâ mente repostũ habuit
Magno Patriæ futuro scipioni Sigismundo adsciuit.
vt sub Tuo Nomine
Illustrissim' Sigismund' Victor, Cões in DONHOFF
Succãerarius Vielunensis, Capitane' Boleslauiensis &c.
maturæ Eruditionis, & solidæ Sapientiæ, incrementa
perficeret
Sed vel maxime dilectus
Illustrissimo Georgio Albrechto S. R. I. Principi.
Episco-

EPISCOPO Premisliensi Supremo Regni Cancellario

Qui, perennaturæ Tuæ Virtutis Vniones, geminis oculis aspiciens.

quantò amore prosecutus est, Mille non sufficerent Calami.

Et iam tam magna Orbis Poloni Nomina, ad gloriæ Tuæ auxesim suffecissent nisi Tuā dexteritatē, pedissequus honor, Veloci passu Plus Vltra eniti contendisset.

Traxisti in sui amorem, Illustrissimas LVBOMIRSCIORVM mentes,

Nec aliter visus es

Illustrissimo ac Excellentissimo Domino

ALEXANDRO de Lubomirz LVBOMIRSKI S. R. I. Principi Commiti in Wisnicz & Iarosław PALATINO Cracouiensi.

quam sarmaticus Nestor

Qui

Videndo quod Tui humeri nil ferè recusent.

ILLVSTRISSIMVM IOSEHPVM

Domus Suæ inclijtæ Decus,

regimini Tuo, inter Cimelia Tua, consecrat.

Et sic

Illustrissimo Palatinidæ Cracouiensi ad sapientiæ directionem datus,

desudasti, in Patrium Cælum sidera reducere, quibus anteacta secula effulserunt.

& quasi cùm Iasone, egregie pro aureo certabas vellere.

Nunc,

ILLVSTRISSIMVM ac EXCELLENTISSIMVM IOSEPHVM

Supremum stabuli Regni Præfectum sarmaticū Achillē

Lechico

Lechico Orbi oſtenſurus.
Æ mulo natos memoraſse plectro non ſatis?
quorum Studioſa mente, ipſa ſe Virtus,
paribus Parentum, curſibus æquat.
Exoticos Soles ternis Vicibus luſtras
cum Patrio lumine, in externum campum digreſſurus
In Vrbe Auſonia; totius Orbis Capite, Tuæ ſapientiæ,
maturi ingenij ſplēduit terna Nōinis fama, & reſplēduit.
In Exteris, quanti æſtimauerunt Te Exteri
Mihi ſilentium venerationis loco eſt.
Virtutum & ſcientiarum tuarum gemmæ, perenni
ſplendore nitent.
Hoc tantum Tibi deeſſe Viſum fuerat,
Caput Tuum Eruditum
Lauru Theologica ornari
Ad Coronas igitur Theologicas magnis paſſibus
Mox
poſt Diuæ Themidis Capitolium properaſti.
& Diuinæ ſcientiæ Exedras conſcendiſti.
Proinde
Alma Noſtra Vniuerſitas.
Lyncæis oculis, cū conſpicit in Te perēnare perpetuæ
Virtutis Cimelia
ad capeſſendos ſummos honoris gradus,
animum Tuum Vocat, & euocat.
Quando Tibi abſenti, niueum calculum adjcit
Vt Collega Maior fieres.
Fauſtis Zephiris remeaſti ad Patriæ lares.
Laureis & triumphalibus palmis onuſtus.
Reducem Te iam non Nobilis Porticus ſtoicorum
Sed Sapientiæ Athæneum excipit.
Cum

Cum

Meriti dignitas supra omnia præmia attollitur,

In quo

Vix publicæ Professionis ingressus fueras Cathedram

DOCTOR

Philosophantium Cætus,

in disputationibus Tuam singularem admiratus est prudentiam,

robur animi, & constantiam.

Magnus in Principum stoæ Peripatiq; Numero Stagirita

Clarus ingenio & lingua,

Gratus omnibus.

Gemmeâ Sapientiâ discordes Animos mitigabas.

Difficultatum Meandros & sophismatũ tella expugnans.

Veritatis dignus Assertor.

& vt benè ac feliciter regeres omnia, tot aures & oculos, in Tui Veneratione attonitos fecisti.

Emerita Virtus Tua iam amplioris honoris sumit fastigium

Inclijtæ Theologicæ Facultati associata

Te euocat ad Diuina contemplanda.

Qui benè pietati addictus fueras.

Nempè

Pulchrum est ita Curare publica vt Diuina semper antecedant.

Animi Tui excellentiam Cathedræ Theologicæ excelsiorem fecere

Vix prima posuisti Vestigia, & iam Diuina Cacumina tangis.

Admiran-

Admirandas ingenij Tui dotes, in amplum gloriæ
euocasti campum
Quando
In Exedris Ecclesiasticis
Diuina Oracula pandentem toties Vidimus.
Meruisti perenne laudis trophæum
Quia
Animi Tui Cimelia abipso Cælorum Diuino influxu,
Naturæ Tuæ donata
in Orbis faciem producis.
Trahis omnium Vota in encomia
indefessas animi Vires impendens, in Sacra Cursûs
Sacramentalis Professione.
In qua
Cedros immortalitatis mereris,
Cum omnia, suprẽo Nũini laboris Tui dogmata offers
Vt illi non Tibi Viuere Te ostendas.
Vnde
Et Alma NOSTRA VNIVERSITAS
Perennaturæ Virtutis Tuæ Cimelia.
in meditullio cordis condidit.
Quem toties in publicis
Serenissimæ Reipublicæ
Polonæ
Generalibus Comitiis ac Comitiolis.
dignum Cineam probauit.
Vnde & Procuratorem suum fecit.
Meritò ergo.

post

post consumata laboris Tui certamina Augustale
honoris ingrederis
Laurus Triumphales & Coronas
THEOLOGICA PORTICVS grata Tibi exhibet
Iam & ipsæ Gratiæ gratiarum Ethesias spirant.
Cuius dexteritatem, in rebus agendis, Athletico gestare
humero, didicere.
Ergo.
Conscende honoris Thelogici Culmen.
in quo, emeritæ Virtutis Tuæ perennatura sunt Cimelia
Capesse felix
I. Omine fausto.
Sis Theologicæ Cathedræ Nestor
Viue diu Felix multas emensus aristas
Et Pilij Viuas tempora longa senis.
Hecatombe Votorum meorum in Aram
honoris Tibi Cedat:
Vt quam longissime Vitæ prospera porrigantur Tibi
sine Nube tamen.
Mea in hoc Gloriæ Throno conscia tenuitatis Musa
Solùm Te Venerabitur silentio
Iam Verò
Narrent de Te.
ILLVSTRISSIMA Lechici Orbis Nomina.
Doctorum Virorum Cathedræ
quibus Virtutis Tuæ Cimelia delitium sunt.
sed cùm
Veluti in Palladem decidentes gemmas honoris
comprehendis.

Arduum

Arduum est, omne Tuæ Virtutis meditari & explicare decus
Non sufficit ad laudis Tuæ Apotheosim
Doctorem tantùm Dignissimum Te dicere
sed
Dignus es, vt omnium Vota, Viuido spiritu occinant
post Doctorales Sacræ Theologiæ Coronas
Serò Te Celestium Coronarum excipiant Monilia
Qui
Perennaturæ Virtutis & Sapientiæ
Triumphans Victor,
evexisti in altum gloriæ Tuæ
CIMELIA.

Permissu Magnifici
DOMINI RECTORIS.